



Archivio Storico
Comune di San Gemini – TR

D.5 r

INNOCENTIVS PP. VIII.

C
62/6

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Promeretur fidei et deuotionis uestrae sinceritas, qua nos et S. R. E. constanter prosecuti semper estis et prosequimini, ut erga vos et Terram istam uestram benignos nos liberalesq. exhibeamus. Et a igitur ratione moti, uestra gratias et concessiones uobis factas, subsidium centum ducatorum, quod Camerae apostolicae annuatim soluere tenemini, et per annum ultimum uobis elargiti sumus, ad unum alium annum a fine alterius anni computandum, uobis remittimus & liberam condonamus, ut opus ceptum deducendae aquae ad Terram ipsam perfici possit. Mandantes Thesaurario Provinciae uestrae Patrimonij, ut uos occasione dicti subsidij huius anno nullatenus molestet, aut inquietet, sed illud in uestris computis admittat, prout et nos in suis admittimus. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Volumus autem ut dictae pecuniae in praefatum opus deducendae aquae et non aliter integre et cum effectu conuertantur. Datum Romae apud sanctum petrum sub annulo piscatoris. Die xxv. Februarij. M. cccclxxxviii. Pontificatus. nri. Anno. Quinto.

Hic. Balbanus.